

eo tempore a nonnullis tradebantur, dijudicatur. Non ad eam, sed Scripturam S. unice erat respiciendum, Es. VIII, 20. 2. Petr. I, 19. cum emendandi essent hominum animi ac mores. Neque etiam omnes Pontificii Theologiam mysticam profitebantur, sed plures trices & ineptis Theologiae Scholasticae erant immerfi, vel minimum mysticam cum scholastica conjungebant, quod ipse ARNOLDVS l.c. differi non potest. Huic accedit, quod LVTHERVVS quidem primis annis mysticos magnificerit, eosque Scholasticis praeposuerit, at non absolute, sed instituta cum Scholasticis Doctoribus comparatione, statim autem in primis illuminationis viis Scripturam S. & Mysticorum somniis & Scholasticorum subtilitatibus praeferebat. Praeterea ARNOLDVS in DEVM & nostram Ecclesiam, cujus tamen ministrum imo inspectorem agere, aut saltem simulare voluit, valde injurius est, quando ea fidei dogmata, in quibus a Pontificiis dissentimus, impie nominat *Neben-Dinge, Ceremonien und Satzungen*. Sane, si de his unice cum Adversariis disceptatio fuisset instituenda, nec graviora Religionis momenta remansissent, nullum dubium est, quin pii Reformatores ac Confessores in multis, religionis externa spectantibus, cedendi locum relicturi fuerint, quod etiam ARNOLDO ex Historia Augustanae Confessionis, & multis LVTHERI locis constare poterat.

§. VIII. Objicit quidem Anonymus *in der kurtzen Erörterung, ob der Pietisten Giffte schädlich sey?* praef. *Gott ist die Liebe, liebet und verträget alles, bist du nun seine Geburth oder Kind, so must du auch alles lieben und vertragen, ob es schon deiner Meinung nach nicht gleich recht und herkommens ist, & p. 42. Die Christen haben sich in etliche Partbeyen und Secten getrennet - - da will immer eine Partbey besser seyn, als die andere, und näher den VVeg geben, als die andere, p. 45. autem judicat,*